



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 155. Cardinalis Papiensis iudicium de Legatione Regis ad Papam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. egisse aiebat, ac insuper Papam accusabat, quod propter *expectativas* beneficiorum gratias, aliasque res, quas Rex illicita vocabat *commercia*, Franciæ Regnum immodicis sumptibus oneraret, pluresque alios iniquos abusus introduceret. Denique severe prohibuit, nequis suorum subditorum pro beneficiis quocumque modo impetrandis Romam ire, aut pecunias eo mittere præsumeret.

§. CLV.

Cardinalis Papiensis iudicium de Legatione Regis ad Papam.

*Papiens.
epist. 677.*

Postquam Papiensis Cardinalis de Legatione, quam Galliarum Rex ad Pontificem decreverat, certior factus erat, die decima sexta Julii ad Sixtum IV. epistolam perscripsit, in qua eidem hac super re mentem suam aperuit, dixitque: *Angustiarum meo iudicio plena est responsio; si enim postulata Regis respiciamus, sine mora illi minas implebunt, inque tumultum adducent Ecclesiam, & periculum est, ne in idem Regis Ludovici exemplum complures inducant: si vero illis consentimus, si nondum siccato atramento tam late vulgata decreta propter metum delemus, quid ignominiosius, & morti acerbæ similis? Plagam majorem infligere rebus Romanis Sacæditas vestra non posset, nec Apostolica virga ad*

con-

confringenda inutilia vasa suam vim posthac *Sæcul. XV.*
 obtineret. Ad sæcularem potestatem hoc *A. C. 1478.*
 exemplo esset contra censuras refugium, &
 quod languide permissemus semel, restituere
 fortiter nunquam possemus.

§. CLVI.

*Cardinalis consilium de responsis
 Legato dandis.*

Occurrebat, prosequitur Cardinalis in
 hoc ancipiti consilium medium, ut
 videlicet Oratore audito, dolere se dice-
 ret Sanctitas vestra, potuisse tantum a-
 pud Sapientem, & fidelem Regem falsa im-
 piorum crimina, ut tam longinquam Lega-
 tionem suscepit, & contra consuetudinem e-
 tiam majorum suorum Deo ingrata, & exi-
 tiosa Apostolicæ Sedi petierit, monstnan-
 dumque, quanta fuisset Florentinorum in Sa-
 cerdotes Dei crudelitas, quanta sine causa
 & sine discrimine cædes, quantus in retinen-
 do Cardinali contemptus facinoris illius ex-
 pertus atque ignarus; quanto denique Apo-
 stolicæ Sedis ad hæc ulciscenda necessitas:
 paratam nihilominus futuram fuisse Beatitu-
 dinem vestram ad paternam remissionem, si
 vel mediocre signum pœnitentiæ in peccato-
 ribus cognovisset, sed descendisse illos in pro-
 fundum malorum, & in sensum reprobum
 datos, quamvis Veneti, Mediolanenses, alii-
 que complures Reipublicæ illius amici ad pe-
 Hist. Eccles. Tom. XXIX. T t ten-